

LXXXV.

IL MEDESIMO AL MEDESIMO ⁽¹⁾.

[Vat. 5223, c. 54 B].

Domino Omnebonum.

Roma,
14 febbraio 1398.

Gli racconta un'avventura, da cui si formerà un concetto dei costumi romani. Egli ed un famiglia, entrambi a cavallo, l'ultima domenica di carnevale si recarono in devozione alla chiesa di S. Paolo. Al ritorno, presso casa, incontrarono fra una moltitudine di satelliti i magistrati della città armati, che sequestrarono il famiglia e il suo cavallo, per servirsene nei giuochi carnevaleschi.

E solo dopo molta istanza, dichiarando che il cavallo apparteneva all'ambasciatore del Carrarese,

REFERAM tibi iocum, tametsi acerbior animo tulerim, ut cognoscas quibus legibus quibusque moribus Romani nunc vivant. dominica die proxima, cum essem animo michi ipsi molesto, expatiari aliquantis per libuit et tam devotionis quam etiam bone va-
litudinis causa ecclesiam Sancti Pauli visitare. unde rediens cum
essem domui iam proximus, in frequentissima via et confertissimo
populo magistratibus urbis occurri, quibus mos est ut equites eant,
clavam dextra portantes. hos satellitum numerus et preit et sequitur,
hi pedites, illi equites. ego quoque eques veniebam et post me famulus
equo similiter insidens. vix eram progressus, cum illi famulum
circumstant et, quasi malefactorem deprehendissent, inter se ita
aiebant: « num hic ille est? » ego ad primas voces verum timui
crimen, propterea quod is ante paucos dies equo currens puerum
offenderat. cum vero deinde equo descendere atque equum dimittere
iuberent, opinatus sum quod erat. hortor oroque ne faciant.
illi obaudientes acrius instant uti descendat, cumque famulus metu
perterritus tardaret, illi clava minantur iubentque satellitibus uti in
carcerem deducant. nec vero michi proderat dicere hunc esse
equum ambasiatoris, tam egregii viri, et ambasiatoris quidem eius
principis qui cum bene de omnibus tum maxime de forensibus sit
optime meritis. ne igitur forensi hoc facerent orabam, neve hanc
iniuriam legato inferrent, quorum etiam apud barbaros ius inviolatum
sit. hec me dicente ac frustra reclamante, illi equum abstulerunt.
quem nisi multa sollicitudine apud omnes magistratus habita

(1) Il 14 febbraio del 1398, data della presente, ricorreva il così detto giovedì grasso. Il Nostro adunque s'era portato quattro giorni prima, la domenica di Sessagesima, a S. Paolo fuori le Mura, dove era la statio liturgica quel giorno, e l'episodio descritto in questa lettera entra nel quadro del Carnevale romano, a cui accenna con le parole « lusos suos explent ».